Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

Tractatus de confessione. IN Nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Tabula Ista continet ... QUia circa con/essionem faciendam plerique nimis neglegenter ... - Qui habet aures audiendi audiat ...

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

Incipit penitencia etc.

R: In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Ista
Tabula ista continet de confessione scilicet qualiter de-
beat confessio fieri vel non quando et qualiter quan-
do vel cuilibet fiendi confitendum etc.

Quia tota confessione facienda plures quam nimis
negligenter et incaute ac etiam insufficienter
se habent et perdunt contricionem videlicet sua ne-
gligentia inhiant atque peccata sua nimis diminute
et imperfecte confitentes superficialiter transcurrendo
nequaquam attendentes veritatis eterne in ewangelio
clamantis Non exies inde quousque novissimum
reddas quadrantem. Ideo nulli larcos nimis ex-
agerant vel pluries necesse sit dicendo alias
insuper continens tam confessione debitas atque necessarias
inmine observantes. Qua propter studio suo advertenda
atque considerandum est divisio atque enumeracio peccatorum
infra scripta Simile et ornatus scripte peccatorum capitu-
lorum cum suis filiabus et speciebus. Ex quibus quilibet confitens
colligere poterit sufficienter quid et quantum sibi sunt
de singulis confitendum si tamen se metipsum satagere
investigare atque subtiliter advertere nec non confiteri
sua plenarie discutere voluerit cum conatu. Cuiusquam
quatuor nichilominus est principale est omnes et singule
confessionis continens in scripta scripte diligenter observetur.

Volens itaque peccata sua confiteri sacerdote accedat
reverenter ad latus ipsius composite atque ordinate
se applicando flectat quam cum corde quam exterius corporis genua
humiliato atque contrito spiritu inclinato quam capite
incipiens et dicens etc.

Confiteor deo et beate marie et beato N. et omni-
bus et tibi pater quia peccavi nimis cogitatione
locucione opere et omissione mea culpa. Hec
est confessio generalis sufficiens speciebus peccatorum quale

tamen commissa. Cum confessione generali sit dicendum
confitendo specialiter de singulis peccatis mortalibus scilicet
atque enumerans per ordinem. Primo de peccatis cordis
deinde de peccatis oris seu locutionis. Et sic de aliis.
Tum deinde mortalia speciatim specificando atque explicando
singula peccata per ordinem et species quantum necesse videtur
prout se ipsum examinavit conditionibus sequentibus
de diligenter absolvatur. Quibus factis diligenter
dicit atque veritatem concludat confitens confessionem
suam sic dicendo. Et qualitercumque peccavi vel deliqui
hora dico et promitto ac etiam contra salutem anime mee
cogitatione locutione opere et obmissione penitet me
et peto veniam et absolutionem atque penitentiam michi
iniungi salutarem etc.
Qualis autem debeat esse confessio confitendi
attentius via sit sedecim conditiones que circa
ipsam sunt studiosius observande que in hiis versibus
continentur. Sit simplex humilis confessio pura fidelis
atque frequens nuda discreta libens verecunda
integra secreta lacrimabilis accelerata fortiter
accusans et sit parere parata. Quarum brevem
expositio est talis. Confessio sit simplex ut scilicet non
dicat confitens nisi quod ad quantitatem peccati pertinet.
Humilis ut scilicet humiliter et submissive se confiteatur.
Pura id est recta sit intentio confitentis. Fidelis
vera sine ulla falsitate. Frequens ut scilicet frequenter
confiteatur homo. Frequentius tamen quilibet religiosus
ac etiam sacerdos confiteri debet et quilibet qui
frequenter communionem accedere voluit secundum
apostoli primam dicentis. Probet autem se ipsum homo
et sic de pane illo edat etc. Debet namque confessio
esse nuda ut scilicet non involvat absconditis verborum.
Discreta ut scilicet maiora cum maiori pondere confiteri.
Libens id est spontanea non coacta. Verecunda ut s.

erubescat et non se iactet deceptionis propter aquam
sterili vanitate Integra ne scilicet aliquid subticeat
de hijs que manifestanda sunt Secreta scilicet quantum
ad condicionem fori in quo descendit confitentie agitur
Lacrimabilis quo ad dolorem de peccato commisso =
Accelerata ut scilicet non differat de die in diem
confessionem sed saltim quam cito potest confiteatur Fortis
ut scilicet propter verecundiam non dimittat Accusatio
scilicet suum et non alium Sit et propere parata id est sit paratus
ad obediendum confessori atque ad satisfaciendum realiter
et efficaciter quantum in se est et iniunctam sibi est
possibile quod ei iniungitur per confessorem nam prior
comparatione eius vera contritionis dicit enim beatus Augustinus
in tractatu de duodecim gradibus superbie Qui
veraciter penitet laborem penitentie non
abhorret sed quod sibi pro culpa qua odit iniungitur
tacita conscientia patienter amplectitur Ex premissis
ita quod patenter colligitur quomodo vel qualiter quisque
peniteat aut confiteatur nam premissa non observans
ex proposito seu aliter confitendo vel peccando confitetur
perfecerit talis utique deum non decipit confessori mentitur
Et ~~sam~~ seipsum decipit et negligit manifeste
Caveat ergo quisque quia certissime est scriptum
quod nullum malum manet impunitum Qua obrem
quisquis es o homo aut cuiuscumque status vel
condicionis considera et attende scilicet ne modicum
festina ne tardando gratiam ad dei amittas Nichil enim
certius morte nichil quod incertius mortis hora
Oportet enim vere penitere sufficienter quod
confiteri atque integraliter confessione satisfacere quod non verbis
sed operibus mereamur Alioquin si nolueris
aut neglexeris quod absit audies tandem ad=
versarios tuos ad iudicem contra te clamantes
atque dicentes Juste iudica equissime iudex noster

cum de qua noluit intelligere ut bene ageret Deus
obsecro ut audias et intellige ut facias que facien-
da sunt pro salute si tamen aures habueris audi-
endi. Sunt enim heu heu paucissimi qui vere con-
tricionis formam ac modum intelligant vel adimpleant
aut cognoscerent ut perdant quod nimium multi-
tudine causat dampnatorum de qua videlicet multi-
tudine compatiens et fallibilis Veritas in evangelio
ait Multi sunt vocati pauci vero electi Glosa
multi vocati ad fidem pauci electi ad beatitudinem et

Vera igitur contricio prout describit Bona-
ventura in quodam dyalogo est bona volun-
tas excitata per graciam qua de peccato summe do-
leat in spe gracie sufficienter satisfaciat nunquam amplius
peccare proponit omnia que ad peccatum trahere possunt
a se removeat et ita in bono perseveret Sed cum mors
instat raro se mens ad ista erigit quia vel nimis
dolore augit vel evadere sperans negligit vel
multitudine scelerum confusus desperat Si vero
aliquid sepius ex timore et horrore mortis quam
ex amore prodit Et multi videntur contriti qui non sunt
sed potius conterriti et angustiati propter turpe conscienciam
propter mortem in opertam propter viam ignotam propter
amissionem rerum quas dilexerunt et amicorum
separacionem quos noverant Unde omnibus periculosum
est differre quia homo stare posset hec Ideo dicit sapiens
Ne tardes converti ad dominum et ne differas de
die in diem Et iterum Ante languorem adhibe me-
dicinam et ante iudicium para iusticiam Hec ille
Notandum insuper quod ad veram contricionem exigi-
tur dolor de omnibus peccatis commissis et de omnibus
bonis obmissis et omnibus graciis neglectis sibi et
comunitati et similiter que occasione sui com-
mitti vel obmitti vel negligi per alios potuerunt et

Peccatorum igitur alia sunt cordis alia oris sive locutionis alia operis et alia omissionis. Hec divisio peccatorum est sufficiens apparenti

Peccata cordis sunt hec scilicet

Cogitatio
Delectatio
Consensus
Desiderium mali
Voluntas perversa
Infidelitas
Indevotio
Presumptio
Desperatio
Timor male humilians
Amor male accendens
Suspicio
Invidia
Ira
Odium
Timere serviliter
Exultatio in adversis proximi
Afflictio in prosperis proximi
Pauperum contemptus
Peccatorum contemptus
Personarum acceptio
Accidia
Affectus generis carnalis
Inepta leticia
Seculi tristitia
Impatientia
Avaritia
Superbia
Perplexitas
Obstinatio etc.

Confiteor omnipotenti deo et beate marie virgi-
ni et omnibus sanctis quod ego peccavi et nimis peccavi
in nimis in vita mea locutione Avaricia
superbia gula invidia mea culpa mea maxima
culpa Ideo precor beatam virginem mariam et omnes
sanctos dei orare pro me peccatrice Misereatur
mei omnipotens deus et dimissis peccatis meis
perducat me ihesus christus filius marie
ad gaudia et vitam eternam Amen Oremus
Indulgentiam et remissionem omnium peccatorum meorum
spacium vere penitentie cor penitens semper et bonis
tribuat dignetur nobis pius pater et misericors
deus Amen etc.

Malicia
Odium boni
Accidia
Inconstantia
Penitencia penitencie
Dolor quia non fecit amplius mali
Ipocrisis
Amor placendi
Verecundia de bono opere
Amor priuatus
Exemplis singularis
Ambicio dignitatis
Vana gloria de bonis nature / fortune / gracie
Verecundia de pauperibus amicis
Contemptus amonitionum
Inuerecundia
Peccata oris sunt locutionis sunt hec
Ebrea iuratio
Periurium
Blasphemia
Nomen dei irreuerenter assumere
Veritatem impugnare
Diuina doctrina et alios instruere
Contra deum murmurare
Detractio
Bilinguis
Adulatio
Promissio stulta
Mendacium
Vituperium
Maledictio
Infamatio
Contentio
Comminatio
Conuitium

Impugnatio veritatis agnite
Impugnatio veritatis fraterne
Seminatio discordie
Proditio
Secretorum revelatio
Falsum testimonium
Mala consilia
Contradictio obediencie
Derisio
Pervertere facta bona
In ecclesiis placitare
Iram superiorum provocare
Reprehendere in aliquo quod ipse facit
Vaniloquium
Stultiloquium
Proferre verba — Ociosa / Superflua / Curiosa
Iactancia
Verborum policio
Peccatorum defensio
Clamor
Risus cachinnus
Turpiloquium
Lenocinium
Cantare cantus seculares
In cantu divino magis studere voce frangere quam devote psallere
Murmurare
Verba scurrilia proferre
In iniusta causa advocare
Malum commendare
Rumores narrare
Taciturnitas indiscreta

Peccata operis sunt hec // Hec omnes de plat

Gula
Luxuria
Ebrietas
Sacrilegium
Symonia
Sortilegium
Violatio dierum solempnium
Indigne communicare
Votorum fractio
Apostasia
Dissolutio in officio divino
Scandalizare
Exemplo malo proximum corrumpere
Ledere hominem mendaciis in fama in persona
Furtum
Homicidium
Rapina
Incendium
Deceptio
Usura
Ludus
Venditio iniusta
Exactiones
Theolonea iniusta
Auscultare malum
Ioculatoribus dare
Necessaria sibi subtrahere
Superflua sumere
Ultra vires quippiam agredi
Consuetudo peccandi
Recidivatio
Simulatio
Irreverentia
Tenere officium ad quod non sufficiat vel quod propter
peccata non agitur
Terizare

Nouitates inuenire
Maioribus rebellare
Minores opprimere

Delinquere
- Visu
- Auditu
- Olfactu
- Tactu
- Gustu
- Luctu
- Osculis
- [illegible]
- [illegible]
- Mandatis
- Scripturis

Circumstancias agrauantes admittere que sunt tempus · locus · modus · numerus · persona · mora · sciencia · etas
Temptationes preuenire
Se ipsum ad peccandum cogere

Peccata obmissionis sunt hec

De deo non cogitare
Deum non timere
Deum non amare
Gracias de beneficiis non agere
Opera que quis facit ad deum non referre
Peccata sicut debet non dolere
Ad graciam recipiendam se non preparare
Gracia accepta non uti nec eam conseruare
Admonicione diuina se non [illegible]
Voluntatem suam voluntati diuine non conformare
Oraciones dicendas non intendere
Proximos debitas obmittere
Ea que tenetur [illegible] uel precepto uel officio negligere

Communionem et confessionem debitis temporibus
non compendere
Parentes non honorare similiter et dominos
Deipsum non recognoscere et reprehendere
Conscientiam negligere
Occasiones et peccata eius fugere
Temptationibus non resistere
Penitentias iniunctas negligenter facere
Et que statim facienda sunt differre
Bonis proximi non congaudere
Malis proximi non condolere
Iniurias non remittere
Fidem proximo non servare
Beneficiis proximi non respondere
Delinquentes non corrigere
Lites non sedare
Ignorantes non instruere
Afflictis non compati

R' Sequitur enumeratio specierum septem peccatorum capitalium cum suis speciebus et filiabus in speciali Et R'
primo de superbia

Superbia est duplex scilicet
Interior et exterior
Interior superbia duplex est scilicet
intellectus et affectus

R' Superbia in intellectus quatuor species habet R'
1 Cum aliquis credit se habere bona sua a se
2 Cum credit sua bona se habere a deo pro meritis suis acceptisse
3 Cum credit se habere bonum quod non habet
4 Cum aliquis in opinione sua preferet se aliis
R' Superbia affectus duas species habet scilicet R'
presumptionem
Appetitum proprie excellentie

R^a Presumptio quorum correspondet sit

1 Nam aliquis presumit quod alii non presumunt
2 Nam ad presumit de quo presumere non est
3 Nam ad ante tempus presumit victoria
4 Nam aliquis presumit quod est ultra vires suas

R^a Appetitus superbie excellentie sit tribus modis R^a

1 Dominii
2 Magisterii
3 Simplicis potestatis

R^a Superbia exterior fit in corpore et in omnibus eius membris aureis usque ad planta pedis extrinsecus
in ornatu sicut vestium cingulorum bursarum atque calciamentorum
nec non in omnibus aliis adornatis corporis pertinentibus
quorum modus non est nunc nostri modi ad intelligendum quod
in specularibus clero et vulgo
in lectis videlicet et
in equis
in amplitudine familie
in ceterarum
in edificiis
in educatis liberis

Mutabilitas quorum comportat per respectum sibilia — Leccio vocis / Prima epalal vocis / Additio punctorum / Subtractio punctorum

R^a Gradus superbie sunt duodecim secundum Bernhardum R^a

1 Curiositas tamquam oculis ceterisque sensibus vagatur
2 Levitas mentis quando per verba indiscreta leta ut tristia notatur
3 Inepta letitia que per facilitatem risus notatur
4 Iactancia que in multiloquio diffunditur
5 Singularitas privata affectans tamquam gloria
6 Arrogantia credere se aliis superiorem
7 Presumptio ad omnia se ingerere
8 Defensio peccatorum

9 Simulata confessio que perversa et aspera iniuncta probatur
10 Rebellio in magistros et fratres
11 Libertas peccandi
12 Consuetudo peccandi

¶ Item ad superstitionem pertinent errores divinatorum quamvis multe sint species maleficiorum superstitiosorum remediorum et error illorum qui credunt ea que fiunt in sompnis tantum et in spiritu fieri in veritate corporaliter

R ¶ Multe sunt species divinationis quarum quatuordecim sunt enumerantur licet multiplices sint R

1 Prima piromantia que fit igne
2 Aeromantia que fit in aere
3 Ydromantia que fit in aqua
4 Geomantia que fit in terra
5 Fit phitonicus in quibus spiritus malignus loquitur
6 Nigromantia
7 Augurium quod attenditur in gestu cantu et volatu avium
8 Attenditur etiam sternutationes
9 Dicta sompnia
10 Dicta sortes
11 Dicta in inspectione psalteriorum et aliarum scripturarum
12 Est mathematicorum etiam constellationes et dicuntur magi
13 Dicuntur arioli qui aras ydolorum demonum responsa accipiunt
14 Aruspices id est horarum inspectores qui dies et horas in agibus agendis observant

¶ Ad superstitionem pertinent omnes ligature et remedia que etiam medicorum condempnant disciplina

¶ Inter remedia superstitiosa quedam sunt in-gratoria ut ad pellas curentur ut ... curatur
Nociva ut cum aliqua mulier talia facit ut conceptus eius impediatur
Contumeliosa ~~[illegible]~~ hoc ut illa que aliquae mulieres solent dare viris ad attendendum eos ad amorem earum

Contumeliosa deo sicut illa que fiunt de crismate
vel corpore xpi vel aliis sacramentis ecclesie
Item possunt dividi remedia ista secundum diversitatem
corporum contra que fiunt
Alia enim fiunt contra infirmitates hominum vel pecorum
Alia contra sterilitatem
Alia contra nimis frequentes partus
Alia contra crudelitatem uxorum et sic de similibus aliis

¶ Vana gloria est duplex
1 Diabolica quia scilicet aliquis gloriatur in malicia sua
2 Humana

Humana duplex est scilicet carnalis et spiritualis
Carnalis est gloria mundanorum et est superbia exterior que est nota superius
Spiritualis est gloria ypocritarum

Inanis gloria septem habet filias
1 Inobediencia
2 Contentia
3 Iactantia
4 Ypocrisis
5 Pertinancia
6 Discordia
7 Novitatum presumpcio

Attende et perpende ex his quam multiformis et varius et subtilis sit fomes superbie et inanis glorie. Caue ergo studiosissime ab hiis periculosis laqueis atque insidiis inimici

Invidia quinque filias habet
1 Odium quod est velle alteri malum et non bonum
2 Exultatio in adversis proximi
3 Afflictio in prosperis proximi
4 Susurratio que est latens detractio
5 Detractio que fit in aperto

Ira septem filias habet

1 Rixa
2 Tumor mentis
3 Contumelia
4 Clamor
5 Indignatio
6 Blasphemia

Rª A Accidia sex filias habet Rª

1 Malicia
2 Desperatio
3 Pusillanimitas
4 Rancor
5 Torpor
6 Evagatio mentis circa illicita

Rª ¶ Ista sedecim vicia videntur ad accidiam pertinere vel alia

1 Cupiditas que est pravus amor boni
2 Mollicies que est impaciencia eius quod cum aliquid durum acciderit mox tunc mollis desistit
3 Sompnolencia
4 Ociositas
5 Dilacio de die in diem quia non est hodie cras minus aptus erit
6 Tarditas accidiosus cum tarde incedit mox pre inchoato
7 Negligencia non curat qualiter opus fiat utrum bene vel male sed curat ut abinde laboribus suis se expediat
8 Imperseverancia sive inconsummacio
9 Remissio devocionis efficit deinde in die
10 Dissolucio in accionis difficultate in sui regimine sed dimittit absque gubernacione
11 Incuria suorum debitum curam non habet
12 Ignavia potius eligit in miseria permanere quam aliquantulum laborare
13 Indevocio est quedam ariditas spiritualis
14 Tristicia valde displicet deo in eius servicio
15 Tedium provenit ex longa tristicia
16 Desperatio provenit ex nimia tristicia

R Avaricia septem filias habet / Re

p[rimo] Obduratio cordis
2 Violencia
3 Inquietudo
3 Periurium
4 Fallacia
5 Fraus
7 Proditio

Item ad avariciam pertinet usura que duplex est videlicet manifesta et palliata que plures species habet

Re Gula quinque species habet / Re

p[rimo] est hora comedendi prevenire
2 Nimis delicata velle habere
3 Nimium sumere
4 Studiositas nimia in lauto parando
4 Nimis avide vel ardenter sumere

R Alie species gule Re

1 Nimis frequenter sumere cibum
2 Variis ferculis velle uti
3 Nova et insueta requirere
4 Preciosa sive sumptuosa querere

Gula quinque filias habet videlicet

1 ~~[struck]~~ Scurrilitas
2 Multiloquium
3 Inepta leticia
4 Immundicia
4 Hebetudo mentis

L Luxuria octo differencias habet

1 Fornicatio
2 Meretricium
3 Adulterium
4 Stuprum
4 Sacrilegium
6 Incestus
7 Sodomiticum peccatum sive contra naturam
8 Libidinosus tactus coniugalis

Impetuosus sive libidinosus coitus coniugalis fit quinque modis videlicet

1 Causa saciande libidinis per meretricias blandicias
2 Contra naturalem modum
3 Tempore prohibito
4 Loco prohibito
5 Cum pregnante vicina partui vel cum menstruata

Luxuria octo filias habet

Et sic quidem maxime fit peccatum seu in peccatum scilicet consanguinitatis debiti ... obstinatus et tardus ...

1 Cecitas mentis
2 Inconsideratio
3 Inconstancia
4 Amor sui
5 Precipitatio
6 Odium dei
7 Affectus presentis seculi
8 Desperatio

Peccata aliena sunt novem quibus participat in alterius peccatis: Iussio consilium consensus palpo recursus participans mutus non obstans non manifestans. Quorum exposicio est: Iussio id est qui iubet alium peccare. Consilium dans alteri ad ~~peccandum~~ peccatum perpetrandum. Palpo id est adulator laudans peccatorem. Recursus id est recipiens vel etiam defendens peccatores. Participans peccatis in crimine. Mutus id est qui videt et dolose tacet cum solo verbo sive periculo suo posset impedire. Non obstans peccatum cum posset obsistere. Non manifestans rem substractam dum scit ubi est et non indicat.

Peccata in spiritum sanctum sunt sex

1 Desperatio
2 Presumptio
3 Impugnatio veritatis agnite
4 Invidencia caritatis fraterne
5 Obstinatio
6 Finalis impenitencia

R² Peccata clamancia in celum patet per hos versus R²
Clamitant ad dominum de terra crimina quatuor
Opera sodomia homicida mercesque peccata
Ex premissis itaque clare satis patet atque constat
quale homo quilibet conteri debeat quod vere et non ficte
Eius etiam et quale quantum vere debet confiteri ut plenam
veramque indubie atque infallibilem remissionem percipere
valeat peccatorum eo quod ad deum ac in via dei tamen
secundum veritatem omnino oportet ambulare quia veritas
ipsa infallibilis neque falli potest neque fallere Et quod
veritas super omnia vincit ut probatum est Esdre 3°. Qui
habet aures audiendi audiat et intelligat

Explicit

Explicit confessio etc.

	g	f	e	d	c	b	a
1	viii	viii	viii	ix	ix	ix	ix
2	vii	vii	vii	vii	vii	vii	vii
3	ix	ix	x	x	x	x	x
4	viii	viii	viii	viii	viii	viii	ix
5	vi	vi	vi	vii	vii	vii	vii
6	ix	ix	ix	ix	ix	x	x
7	vii	vii	viii	viii	viii	viii	viii
8	x	x	x	x	xi	xi	xi
9	viii	ix	ix	ix	ix	ix	ix
10	vii	vii	vii	vii	vii	viii	viii
11	x	x	x	x	x	x	x
12	viii	viii	viii	viii	ix	ix	ix
13	vi	vii	vii	vii	vii	vii	vii
14	ix	ix	ix	x	x	x	x
15	viii	viii	viii	viii	viii	viii	viii
16	vi	vi	vi	vi	vii	vii	vii
17	ix	ix	ix	ix	ix	ix	x
18	vii	vii	vii	viii	viii	viii	viii
19	x	x	x	x	x	xi	xi
tag	vi	v	iiii	iii	ii	i	0